



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 96. Legatorum responsio ad hunc Archiepiscopum data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

omnibus Scholasticis, quibus hæc nova opinio e diametro repugnat. Insuper idem Episcopus eo argumento usus est: i Sacramenta a Christo instituta sunt, inde deducere licet, Ministros Sacra-mentorum ab eodem institutos, adeo ut is, qui dicere velit, Hierarchiam esse juris divini, & summum Hierar-
chiam a Deo institutum, etiam defendere debeat, quod ceteri quoque Hierar-
chæ eandem habeant institutionem, cum Ecclesiæ Catholicae hæc sit con-
stans doctrina, Ordines dari per ma-
num Ministrorum, & potestatem con-
ferri a Deo: quæ omnia cum vera sint,
certaque, ab haereticis tamen negata
plurimis in locis, quos in unum col-
lectos dicebat ab Episcopo Segoviensi
ceterum hic Præful inquiebat requiri,
ut his a Synodo declaratis & definitis,
contrarii errores damnarentur.

§. XCVI.

*Legatorum responsio ad hunc Archiepi-
scopum data.*

Pallav. c.12. *sum. II.* Legati hisce Præfulibus respondebant:
 „vanus vester est timor, prout
 „rei exitus manifestabit; nos enim om-
 „nem dabimus operam, ut juxta pro-
 „missionem factam quæstio de Residendi
 „jure agitetur., Nihilominus Legati
 rationem illis exponere solebant, cur
 hæc



hæc verba jure Divino a decreto ex-
 punxerint: simulabant tamen, id a
 se factum ideo, quod, prout dicebant illi,
 hæreticorum nullus inficiaretur, Epi-
 scoporum institutionem ex jure Divino
 descendere: cum autem Episcoporum
 nonnulli hanc solam, quæ Legatos ad
 refecanda hæc verba impulisset, ratio-
 nem fuisse dubitarent, hinc reponebant,
 reflectis hisce verbis eo majus timendum
 esse periculum, quo firmius exinde sta-
 biliri videatur opinio illorum Scri-
 ptorum, qui Episcoporum institutionem
 esse de jure Divino negant. Præsides,
 cum ejusmodi tricas submovere totis
 viribus niterentur, communi ore dice-
 bant, nominandos esse ejusmodi Scri-
 ptores, moxque illorum rationes fore
 examinandas. Accepto hoc responso
 Episcopi altera jam vice Seripandum
 adeunt; hic enim profunda Theologiæ
 scientia celeberrimus audiebat, & quam-
 vis parem cum Osio Legato War-
 miensi Episcopo doctrinam haberet,
 longe tamen majori in deliberationibus
 auctoritate valebat: huic ergo demon-
 strare nitebantur, errorem illum ab
 hæreticis recentioribus adjectum fuisse
 reliquis eorum opinionibus contra Ec-
 clesiæ Hierarchiam adinventis. Verum
 econtrario Seripandus ostendebat, quod
 Hæretici in productis locis gradum

Ee 2

Epi-

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Episcopi fuisse a Deo institutum haud negarent, sed duntaxat dicerent, Episcopos in præsenti non eos esse, de quibus loquuntur Sacra Oracula, utpote non exercentes ministeria illic ipsis destinata: ast hæc verba multis difficultatibus obnoxia videbantur, ideo postea subjunxit: Legatorum non esse studium, ut omnes diversas hæreticorum opinones proscribant, sed ut artes evident, quibus nonnulli quæstionem de jure residendi suscitare, ac definitionem extorquere niterentur, cum tamen circa illius decisionem Rex Catholicus suam mentem, ac votum jamjam declarasset.

§. XCVII.

*Tria hoc negotium expediendi media
a Legatis summo Pontifici
proposita.*

Pallav. c. 12. Ex omnibus hisce controversiis Legati
n. 13. & 14. haud obscure colligebant, quod Pa-
tres simul articulum de Institutione Epi-
scoporum unacum articulo de Residen-
tia decidi vellent, cum autem, quid
hac in re consilii caperent, adhuc su-
spensi hærerent, hinc nuntio ad Borro-
mæum Cardinalem misso, eidem tria
exponebant media, ac quodnam ex illis
magis expediret, ab eo sciscitabantur:
porro eorum primum eo tendebat, ne
Synodo proponeretur, quatenus ea to-
tum.

